

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CLXXXVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

quomodolibet videbatur. In cuius rei testimonium & robur sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M. CC. XC. VI. Mense Aprili.

||
(L. S.)



CLXXXVI.

EBERHARDUS COMES WIRTENBERGICUS ET
UXOR EJUS IRMENGARDIS OMNE SUUM JUS IN VILLIS
LANGENSTEINBACH &c. MONASTERIO ALBÆ
DOMINORUM TRADUNT.

ANNO MCCXCVI.

Ex autographo Bada-Durlacensi.

Nos Eberhardus, Comes de Wirthenberg, tenore presentium publice profitemur & constare volumus vniuersis, quod nos deuotorum in Christo Domini Abbatis & Conuentus Monasterii in Alba ordinis Cisterciensis, Dyecefsis Spirensis conuersationem pio fauore & beniuolo amplectentes, maxime ob Dei & genitricis sue beate virginis reuerenciam & honorem, omne ius, quod nobis in Villis *Langensteinbach*, *Uttelsbur* & *Wolmarsbur* tam occasione actionis, quam eciam hereditatis competebat seu competere videbatur, pro nobis & pro collateralibus nostris *Irmengardi*, (a) vxore legitima, nostrisque liberis remittimus integra-

(a) Irmengardis hæc filia fuit Rudolphi I. Marchionis Badensis.

liter & complete, ita quod dictum monasterium aut personas ibidem degentes pro detencione earundem villarum nunquam molestabimus, seu in Judicium trahemus coram quovis ecclesiastico Judice vel ciuili. Renunciantes simpliciter omni actioni, per quam prefatum monasterium in possessione supra dictarum villarum possit aliqualiter impediri. Datum anno Domini M. CC. XC. VI. feria quinta proxima ante festum beati Johannis Bapstife.

||
(L. S.)



CLXXXVII.

AGNES MARCHIONISSA BADENSIS UXOR HERMANNI VII. FILIUM SUUM FRIDERICUM VILLAM LANGENSTEINBACH MONASTERIO ALBÆ DOMINORUM CONSENSU SUO VENDIDISSE TESTATUR.

ANNO MCCXCVI.

Ex autographo Bada - Durlacensi.

Nos AGNES Dei gratia, *Marchionissa Senior de Baden*, tenore prefencium publice profitemur, quod filius noster *Fridericus* Villam *Langensteinbach* cum attinenciis uniuersis de nostro consilio & voluntate vendidit claustro monachorum de Alba Cyterciensis ordinis, Spirensis